



5
1721, 10
AD

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE EO, QVOD JUSTUM EST
CIRCA LIBERATIONEM INQVISITI
A SUMPTIBUS PROCESSUS, PRÆSERTIM
IN FORO SAXONICO,
QUAM
DIVINA AUXILIANTE GRATIA,
EXISTENTE
MAGNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE,
REVERENDISSIMO ET PERILLUSTRI DOMINO

DN. JOAN. JOACHIMO HAHN,

EPISCOPO METELOPOLITANO,

Eminentissimi Archi-Episcopi & Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Hasiam & Eichsfeldiam, in Pontificibus Vicario Generali, ejusdemque Archi-Episcopalis Curiae Pro-Vicario Generali, SS. Theologiae & Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico Comite Palatino, Insignium Ecclesiistarum Collegiatarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem Moguntiae respedita Schola Sticco, Canonico Capitulari, & reliq.

EX DECRETO ET AUTORITATE AMPLISSIMI JCOTORUM
ORDINIS

IN ILLUSTRI ACADEMIA ERFURTensi,
PRÆSIDE

DN. JOH. HENRICO Meier/
JCTO.

ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIO, DECRETAL. PROF. PUBL. FACULT.
JURID. P. T. DECANO, UNIVERSITAT. SENIORE ET JUDICII PROVINCIALIS
ASSESSORE PRIMARIO &c.

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS AC
PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CAPESENDIS,

PLACIDÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI

DIE SEPTEMBR. ANNO MDCC XXI.


IN AUDITORIO JURIDICO, COLLEG. MAJOR. HORIS CONSV.

SUBMITTIT

JOH. CHRISTIANUS Gerstenberg/


Advoc. Jur. Sax.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



DISPUTATIO IURIDICA IN VNGUERIA
DE EO QVOD JUSTUM EST
CIRCA FATHER ALLEGANTIA VNGUERIA
A SUPPLEMENTIS PRO TERRIS IN ESTATE
INTER SEDIS DIOCE

DIVINA MORTALITATIS CESTA
MAGNITUDO UNIVERSITATIS RECOLTE
D. JOACHIMUS HAHN
ET DISSEMINATORIUS ET DOCTOR
IN ILLUSTRI ACADEMIA EBENSTADTENSIS
XXX
D. IOH. HEINR. HAHN
HOC NAMIS IN URGENTIA
LUDWIGIANAE PRAGUE CONSUL
IN UNIVERSITATIONE CONSUL
JOH. CHRISTIANUS GUTHRIUS
PROFESSOR THEOLOGICUS ET PASTOR



I. N. J. A.

INGRESSUS.

Dum in Academia Erfurtenſi per-antiquā, primus mihi adiutus ad summos Juris utriusque honores patere cœpit, illud Speciminis inauguralis loco ſelegendum thema arbitratus sum, quod utilitate ſuā in processu ſe commendaret criminali. Et licet materiæ diuersi generis ſe offerrent, præsentem tamen de eo, quod justum & æquum eſt circa liberacionem Inquisiti à ſumptibus processus, præſertim in foro Saxonico, retinendam censui: Nemo enim eſt, qui ignoret, quam innumeræ tempore noſtro tormentur inquisitions, non, ut

A 2

delicta

delicta non puniantur, sed ut præter spem ad tribunalia sedentes evadant locupletiores; quinimo, si penitus intuemur tribunalia judiciorum nostrorum, sæpenumerò reperimus, ea rigari rubro sanguine pauperum, ad ossa & medullam usque excoriatorum inquisitorum. Etenim eò diriguntur cogitationes, quo operosa pecuniæ summa conqueratur; hinc innocentes inquis supprimuntur delationibus, suspicionibus frivolis prægravantur, falsisque constringuntur in dictis; hujus nefandi mali fons est, quod tribunalis functio non illis, qui sibi fundatam in jure scientiam compararunt, sed qui rudes litterarum opibus circumfluunt, aut exquisitam pecuniæ summam præstare promiserunt, conferantur, qui se sp̄tulis explorere omnem mouent lapidem, quod opes, quas ad spartam nanciscendam impenderunt, corradere posint. Operæ igitur pretium erit, casus illos, qui inquisitis liberationem à sumtibus processus promittunt, perquirere. Quod, ut feliciter fiat, faxit Summum illud Bonum, DEUS opt. maximus. Sit igitur, Ipso auxiliante, initium à

GE-

GENERALIBUS:

SEmper quædam præcognoscenda: inquit Aristoteles *2. analyt. Post. II. & I. Nicomach.* c. VII. f. præprimis autem præmittenda ea esse, quæ ad terminorum simplicium apprehensionem, tanquam primam mentis operationem conducunt, uti docent philosophi. Quare quid per INQVISITUM, quid per SUMTUS PROCESSUS eorumque LIBERATIONEM intelligamus, & quæ plura huc pertinent, antequam ad specialiora perveniamus, non inutiliter præmittuntur.

CAPUT I. Quis dicatur Inquisitus.

§. I.

Inquisitum hic intelligimus hominem delicti alicuius insimulatum, contra quem judex inquirendo procedit; ut excludamus res inanimatas, e. c. si vi ventorum tegula de tecto dejecta morte opprimat vehementi, aut per ruinam domus homo depereat; attamen consuetudo illa priscis temporibus in viridi observantia permanit, quâ, si plaustrō rhedaque everfa occisus homo esset, & plaustrum & ea, quæ eo ve-

A 3

heban-

hebantur , q̄s. in p̄nam homicidii vindicabantur à magistratu , exp̄sse improbatū & abrogatur in *Caroli V. Imp. P. Q. D. art. 218. vs. item So ein Fuhrmann ic.*

S. II.

Neque hic in numerum veniunt animantia ratione carentia, quæ licet delicta perpetrare videantur, at tamen hujus loci non sunt , quoniam de Inquisito, quatenus factum illicitum, dolosum vel culposum proprie committit, agere instituti nostri est; in bruta vero delicta proprie sic dicta cum non cadunt, sequitur, nec ea posse inquisitionis subiecta esse : Prius autem apparet, tum quod inquisitio non nisi contra illos, penes quos stetit, quo minus peccavere , institui posit; quod de bestiis dici non potest, cum bruta ratione plane sint destituta , nec secundum illius dictamen agere valeant ; tum quod iisdem lex nulla præscripta, cuius præceptum egredientia delictum perpetrare & ea propter in inquisitionem cadere mereantur : Nam ubi delinquendi , vel non delinquendi, discreta delibratio non datur, ibi nec delictum committitur : *Gloss. in l. 11. §. 3. de pæn. quapropter fraus , dolus aut culpa nulla eidem tribui potest, hinc nec proprie in iis delicti ullus dabitur locus , quemadmodum argute concludit Ulpianus in l. 131. pr. de V. S. add. notabilis tex- tus in l. 22. C. de pæn.*

§. III.

Nec obstat, secundum legem Divinam, *Levit. c. XXI. v. 11. bestiam , delicti sociam , esse occidendam : Quenadmodum enim bruta vere & formaliter delictum non committunt, si damnum hominibus infestrunt,*

aut illos enecant, si nec inquisitione nec pœna eadem læsi prosequi possunt; est enim, ut existimat Grotius *de J. B.* & *P. l. 2. c. 21. §. 11.* vera mandati divini ratio hæc, ne animal, tam atroci flagitio contaminatum, indignam facti memoriam refriceret. *c. mulier quest. 1. caus. XV.* add *Henniges c. l. ad Grot.* & voluit omnipotens rerum Conditor iram ac severitatem in peccatis puniendis monstrare, ac si non satis ipsi sit in peccatores sœvire, ut simul & bruta peccantium perdat. *confi. Andr. Prücknerus in vind. Bibl. part. 1. ad l. c. p. m. 413.* ibique allegatos autores. Quid, quod & deprehendimus, ædes ob gravissimum in iis commissum delictum eversas, vid latè *Carpz. Pr. Cr. quest. 41. n. 13.* imo DEUS ipse suppellectilem destruere jusit Achanis *Josu. VII. vs. 1. jnnct. 24. & 25.* Quod tamen non ita accipicndum, quasi in res inanimatas & animantia ratione destituta semper tali sit invehendum modo, sed si necessitas formationem hujus processus jubeat, hanc non propter delictum commissum, verum, ut objecta talia ex oculis hominum removeantur, instituendam esse putamus.

§. IV.

Si quidem L. Cornelia tantummodo hominis facit mentionem *l. i. pr. ad L. Cornel. de Siccari.* quæ generalis nominatio & fœminam comprehendit, eaque de causa Math. Wesenbecius in *Parat ff. ad. Titl. ad L. Cornel. de Siccari.* n. 5. qui fœminam impropre appellitat hominem, ob *L. Si quis aliquid 38. §. qui abortionis s. ibi: mulier, aut homo. ff. de pœn.* propterea ab Hahnio *ibid. notatus.*

§. V.

Ut autem quis nomine inquisiti veniat, requisi-
vimus, illum aliquid factum illicitum, aut culposum
perpetravisse; quod fit, si perpetrans se habet ut cau-
sa physica, ex. c. si fustibus aliquem afficit, corpus
que hominis laedit, vel si uterum manibus compri-
mendo meretrix abactionem partus procurat; sin cau-
sa tantum sit moralis, aut cui sensu civili imputatur
factum aliquid illicitum vel culposum, veluti in ho-
micio, ut habetur in c. 3. de homicid. in 6. nimirum
si quis in potestate habuit sua, hominem innocentem
è mortis periculo eripere, & hoc omisit, eum occi-
disse dicitur; modo quis hanc liberationem absque
propriæ salutis periculo efficere valeat, secus ejus, qui
delictum impedire potuisset, consensu adest, qui ta-
men pertinet ad rationem delicti formalem; sic & so-
la scientia ejus, qui potest ac debet malum avertere,
etiam absque praesentia operatur, ut quis nomi-
ne occisoris veniat. l. 3. §. 4. ad L. Corn. de Siccar. l. 6.
ad L. Corn. de parricid. add. Grotius de J. B. & Pac. 2. c.
21. §. 2.

CAPUT II. De liberatione inquisiti.

S. I.

Liberationis verbum, ait Paulus, eandem vim ha-
bet, quam vox solutionis l. 47. ff. de solui. & liberatur
is, cuius nomine satisfactum est creditori, cumque pe-
cunia

(9)

cuniâ soluta dimittit, l. 37 ff. de Usur. Adhibetur quoque
insuper hoc vocabulum in negotiis forensibus civili-
bus, & ecclesiasticis , sumiturque pro reconciliare ;
ejusque verbi usurpatio admodum varia est; eam ve-
ro missam facio, descriptionemque liberationis, quod
sit absolutio inquisiti a sumtibus in processum tam ju-
dicialiter , quam extra judicialiter factis, referto ; con-
tra eum enim, qui nullum factum illicitum aut culpo-
sum perpetravit , judex , qui aetoris vices obtinet, &
ex meritis & minus fundatis suspicionibus, vel remo-
tioribus indicis inquisitorie procedit , pro labore ni-
hil accipit & tali à processu inquisitus , vel pro aver-
tenda , vel principali defensione absolvitur obtenta-
que innocentia , a sumtibus processus immunis est.
Ratio potest esse , quia semper favendum est reo, arg.
l. favorabiliores ff. de R. J. Absolutio enim in se fa-
vorabilis est , condemnatio vero odiosa, d. l. favorabi-
liores , cum favores sunt ampliandi . odia vero restrin-
genda l. cum quidam ff. de lib. & posthum. c. odia de R. J.
m. 6. Sibi namque judex & Actuarii imputent , quod
inquisitionem non satis indicis formaverint prægnan-
tibus , & cum regulariter expensæ criminales ad one-
ra jurisdictionalia pertineant, illæ ex fructibus confe-
rantur jurisdictionalibus ; inquisitus vero præter eas,
quas occasione defensionis suscepitæ ipse causatus est,
nullas præstat.

CAPUT III.

De sumptibus Processus inquisitorii.

Quod sumptus nihil aliud, quam pecuniam , quæ in
B rem

rem aliquam insumitur, involvant, constat inter omnes, in quo significatu vocem hanc Autores accipiunt probatisimi, Cicero, Terentius, Plautus aliique, qui saepenumero phrasin: sumptus impendere, facere, adhibuerunt & quem fugit proverbium apud Plautum in *Aes. aet. i. sc. II.* Necesse est eum facere sumptus, qui querit lucrum. Per tales igitur sumptus non esse tantum expensæ, quas judicium, e. gr. propter insinuationem literarum incarcerationis & citationis, an Bothen-Lohne/ Urthel-Geld/ &c. erogavit, sed etiam quæ pro labore in formando & continuando processu adhiberi solent, intelliguntur, & sumtus hi omnia, quæ in talem inpenduntur processum, comprehendunt. A quibus sumtibus alimenta, die Azung / quidem differunt & solent aliquando non minus ac expensæ, quas inquisitus ad sese defendendum fecit, restitui, prout Scabini Lipsiens. M. Jun. 1675. deciderunt s. m. Demnach sprechen wir Churfürstliche Sachsische Schbyppen zu Leipzig darauf vor Recht, daß C. D. dasjenige Rost- und Sizze-Geld / so Zeit derer / zu seines Sohns Defension von ihm impetrirten Fristen und Dilation aufgelaffen/ nach vorhergehender absonderlicher Liquidation und Ermäßigung zu erstatten schuldig &c. sed, quia judicium inquisito carcere detento vietum porrigerre tenetur, ad sumptus processus non immerito referuntur, & infra demonstrabitur, in quibusnam casibus inquisitus & ea restituere obligatus est. Quo etiam pertinent expensæ & sumtus, qui carnifici ad extrahendum & sepeliendum cadaver, vulgo das Hender-Geld/ solvuntur, quos tamen magistratus, si usu & longa consuetudine hoc introducunt

(n)

Etum sit, a subditis repetere potest. **Carpz. Pr. Cr. L.**
3. quæst. 138. n. 1. § 69. seqq.

CAP. IV.

Inquisitus ad mortis supplicium condemnatus ab expensis in processu criminali erogatis liberatur.

Quemadmodum in quolibet processu deprehenditur, reum propterea in litis expensas esse condemnandum, quia temere & calumniose litigavit, anfamque præbuit liti, cum leges juraque tantummodo reum, qui ex temeritate literis alere & protrahere ausus est, ad refusionem expensarum compellere soleant. Etenim redundant sumptus processus loco pœnæ in temere litigantes, quo illis frænum injiciatur & poenam luant temeritatis meritissimam; Sic in criminalibus, quando de vita hominis agitur, nulla intelligitur temeritas; siquidem ille, qui sangvinem suum sartum est, etumque, etiam si causam foveat injustissimam, conservare allaborat, temere & malitiosè litigare neutriquam præsumitur. Siquidem mors omnia solvit *Novell. 22. c. deinceps 20.* sequitur inde, quod nec ulterior solutio à reo, mortis supplicium sustinente, extorque ri poscit, neque hujus hæredes, qui quasi poenam sustinent haud mediocrem ex eo, quod Inquisitus violentam perpeccus est mortem, ad refundendas expensas adstringi possunt. Quod in foro Saxonico propter textum im Landrecht *l. 1. artic. 6. § 1. 3. art. 31.* omni caret

caret dubio, & Glossa Germ. art. 35. ad l. 2. Land-Recht
 n. 4. verbis: Denn mit dem Tode wettet man zugleich dem
 Richter und büsst den Kläger: Textui se conformat;
 quid, quod in Terris Electoratus Saxonie Constitutio
 12. part. 4. in princ. hanc regulam extra omnem po-
 nit dubitationis aleam verb: Wenn jemand wegen ei-
 nes begangenen Todtschlagens/ auf Peinliche Beschuldigung/
 am Leben/ oder auch nach Gelegenheit/ mit Abhauung der
 Hand/ oder Staupen-Schlägen gestraffet und verwiesen/ der-
 selbe soll des umgebrachten Söhnen/ oder nechsten Freunden
 die Gerichts-Kosten/ oder andern Abtrag zu thun nicht schul-
 dig seyn. Cujus Constitutionis verba expressa com-
 probant manifeste, quod neque is, qui ultimum susti-
 nuit supplicium, neque ejus hæredes ad restitutionem
 expensarum condemnentur. Carpzovius P. C. p. 3. qu.
 137. n. 13. Daniel Mollerus Conf. 12. part. 4. n. 7. Math.
 Wensenb. ad pr. inst. de publ. judic. n. 11. vers. nec ulla
 expensa. Joach. a Beust. ad l. 3. n. 43. vers. quando autem
 homicida f. de injur. Nov. 22. c. 20. juncta decif. Elect.
 Sax. Nov. 86. Modest Pistor. qu. II. p. 1. Rheinhard Ro-
 fa in addit. ad Dan. Mol. d. l. Nullo vero modo ad
 hanc classem pertinent illi, quibus adjudicata mortis
 pena quidem est annuntiata, deinde vero in carcere
 modo violento aut naturali animam exspirarunt, ho-
 rum enim hæredes, uti resarcire ex hæreditate furis,
 v. g. rerum subtractarum, amplius non existentium,
 æstimationem tenentur; ita nec solutionem declinare
 possunt expensarum judicialium, prout hoc ex alleg.
 Decis. nov. 86. non obscurè videtur, ibique Dn. Phi-
 lipp. Obs. I. fusius quæstionem hanc explanare alla-
 borat

borat. Iniquum enim esset, hæredes cum dñmno eorum, quibus ex furto defuncti furis dñmnum illatum est, auctâ exinde hæreditate locupletiores evadere. arg. l. 5. & l. 7. ff. de condit. furtiv. Sic etiam Inquisitus in foro Saxonico ad restitutionem expensarum inquisitionis tenetur, quando poena corporis affictiva persententiam dictata gratiâ Principis remittitur, quod quidem Berlichius part. 4. concl. 19. n. 19. & Svenden-dorffer ad Proc. Fibig. p. 933. negant; Sed Dn. Berger Resol. Lauterb. c. I. quest. I. p. 210. & El. Crim. p. 46. contrarium cum Whernero l. c. obs. 52. demonstrat.

CAPUT V.

Reus, qui relegationem cum fustigatione perpessus, a restitutione expensarum evadit immunis.

Quemadmodum omnis poena corporis affictiva, publicè exacta restitutionem abforbet expensarum in processum criminalem erogatarum, Carpz. P. C. part. 3: tota quest. 138. Sic etiam relegatio cum fustigatione ad caput præcedens referri potuisset; ast, cum in foro sèpius observaverim, judices non abhorruisse expensas ab Inquisitis penæ isti subjectis extorquere, brevibus me expediam, & referre lubet Responsum è dicasterio Jenensi M. Jun. 1718. prolatum, ubi Judex, cum impensas postulare rigorose ccepisset, reus sequenti absolvebatur sententiâ: Als uns die wieder C. B. ergangenen Inquisitions-Acta nebst einer Frage zugeschicket/

schicket / und darüber unsere Rechts-Belehrung gebeten worden / demnach sprechen wir für Recht: Ist ermelter Inquisit den vorigen Urtheil zu Folge mit Stanpen-Schlägen des Landes ewig verwiesen worden / und entsteht hierbei Zweifel:

Ob nicht dessen ungeachtet er vermöge gemeiner Rechte / die Inquisitions-Kosten zu erstatten schuldig sey? Wiewohl nun 1. die Meinung des Carpzovii, daß derjenige / welchen eine Leibes-Strafe zuerkannt / mit denen Unkosten nicht belegt werden könne / auf das Jus Saxonum alleine obzuzielen scheinet /

Berger. in Elez. Jurispr. Crim. §. 8. p. 46.
Gestalt 2. in der Carolina der gleichen so schlechterdings nicht geordnet / dahero 3. viele Rechts-Lehrer der Meinung seyn / daß auch beym Staupenschlage und anderen dergleichen Leibes-Straffen der bestraffte die Process-Kosten abzutragen verbunden

Um. ad Proc. D. 22. tb. 7. n. 26. f. A. Mathai de Crim. l. 48. tit. 17. c. 4.

Welches 4. bey gegenwärtigen Inquisito um so viel mehr statt zu finden scheinet / da derselbe durch sein boshaftiges leugnen / an Vermehrung der Unkosten nicht wenig schuld hat / auch 5. über die 50. Fl. an baaren Verlage aufgewendet werden müssen: Alldieweil aber dennoch 1. die von Cpz. und andern angezogenen Ursache / warum derjenige / so am Leibe gestraffet worden / nicht auch zugleich in Erstattung der Unkosten zu verheilen sey / nicht aus dem Sächs. sondern aus denen gemeinen Rechten hergenommen ist / scilicet quod sic condemnatus, ultra penam , partem honorum amitteret , contra ar. 218. Carol. Const. Crim.

Cz. Pr. Crim. qu. 138. n. 9.

Auch

Auch zum 2. allzuhart seyn würde / wenn solcher gestalt ein am Leibe gestraffer zu seinem eigenen Nachtheil die Mittel mit beyfragen müste.

Cum durissimum videatur ac crudelitati proximum, reum & poenam & simul etiam expensas, quibus ad eam perductus est, sustinere

Modeſt. Pift. P. 1. qv. 11. n. 6.

Wannenhero 3. des Carpz. Meinung die bewerthen Rechts-Lehrer vor glimpflicher und auch denen gemeinen Rechten am gemäesten zu seyn erachten.

Schultes ad c. 1. Piftor.

Græv. ad Gaul. L. 1. obs. 152. n. 6.

Merci. de 191.

Mysf. Conf. 59. n. 55.

Und 4. die Vermehrung der Kosten beym Inquisito und den gleichen Leuten/ welche leugnen/ so lange sie können/ gemein zu seyn pfleget / und durch die hieraus entstehende Verlängerung des Gefängnisses aber satissam bestraffet wird ; endlich auch 5. die Obrigkeit/ welche ex compendiis mulierum die commoda genieset / solches incommodum des Aufwandes zu tragen / sich nicht darß entgegen seyn lassen/ ut his in causis Magistratus, criminalem judisdictio-nem habens, iutuitu fructuum jurisdictionalium sum-tus ex fisco suo solvere teneatur.

Lauterbach. de Expens.

Vidor. §. 19. in f.

So ist gedachter Inquisit über die erlittene Leibes-Straffe / die verursachten Unkosten abzutragen nicht schuldig / V. R. W.

Quæ rationes sat firmo stant talo, atque in simili ad requi-

requisitionem judicij nobilis Molena, me Tobiam Rörnern defendantem, mense Februarii 1720. responsum est. Verum enim vero, quories Princeps corporalem pœnam inquisito remittit, eamque in aliam convertit, toties expensas refundere tenetur Inquisitus Berger. *El. Jurispr. Crim. §. 8. p. m. 46.* Et quia contumelia publica, facta castigatione privata virgis, (bey der Züchtigung mit Ruthen in Gefängniß) cedere videtur, nec illa inquisitum à refusione expensarum eximere potest, quemadmodum modus, in Foro Saxonico pronunciandi receptus, hoc comprobat, quia doctrina Juris Saxonici in *P. 4. Conf. 12.* de penis corporis afflictivis publicis, non privatis loquitur, Berger l. c.

CAP. VI.

Inquisitus, qui torturam sustinuit, expensarum etiam nomine absolvendus est.

QUAM omnibus modis laborandum quo veritas detegatur, quia multum rei publicæ interest, criminis puniri hominesque facinorosos è medio tolli, hinc more majorum introductum esse, inquit Cicero, ut vi tormentorum veritas exprimatur. *Math. Wessnb. in parat. ff. de quest. n. 2.* Quod si autem torturam inquisitus perpessus, expensas judicij non exsolvit, sed ab iis immunis præfatur, sive causam culpabilem inquisitioni dederit, sive minus. Berger *Resolut. Lauterbach. tit. de quest. p. 860. seqq. & Elect. Proc. Crim. §. XI.*

S. XI. p. 350. & in obs. ad p. c. 197. p. 523. & ita Collegium Facultatis Lipsiensis in causa Michaeli E. ad interrogatorium Prefecti Bozzani M. Octobr. 1708. itemque Scabianus Hallensis Mens. Aug. 1707. pronunciarunt. Sed quia Sanctio Carolina art. 61. loquitur von Marter und peinlicher Frage / de tortura proprię tali , quæ in corporis cruciatu & dolore consistit l. 15. §. 41. ff. de injur. jam dicta etiam ad territionem realem extendi possunt, ut, perpesta territione reali , usus fori inquisitorum quoque reddat immunem à refusione expensarum; verum si tantum modo in verborum pondere consistit, tunc distinctio servatur, quæ circa purgatorium observari solet , nimirum tum demum inquisitus sumptus, in inquisitionem erogatos , refundere tenetur , cum causam culpabilem inquisitioni, ac taliusmodi territioni præbuuisse animadvertisatur. Berger J. c. Carpz. Ques. Crim. 103. Wherner Sel. obs. For. part. 1. obs. 267.

CAPUT VII.

Inquisitus, præstito purgatorio, tum demum in expensas condemnatur, si per factum illicitum aut culposum causam dederit inquisitioni.

Torturam realem excipit Canonica, ratione hujus anceps quæstio orta est inter JCros Wittenbergenses & Lipsienses. Illi namque medium sententiam juri ejusque rationi magis conformem esse putavere, & hanc admittebant distinguendo, utrum inquisitus

C

sua

sua culpa, seu factio suo quodam illico causam suspicio-
ni, per juramentum purgatorium deinceps elise, dede-
rit, nec ne. Priori casu illi onus expensarum ferre in-
junxerunt; sin autem aliunde in suspicionem provo-
latus sit, forte testium depositione, alisve indiciis gra-
vatus, haec tamen praestito juramento removerit, nul-
lam rationem apparere existimabant, cur iste in ex-
pensas condemnari queat, quem prorsus innocentem
esse, jurisjurandi religio declarasset. Qualem diver-
sum pronunciandi modum observarunt in causa Hein-
rich Lezschens in puncto furti insinulati, mens. Jun. 1717
praestitoque quamvis purgatorio restitutionem expen-
sarum injungebant; postmodum vero exarata defen-
sione Dni Wittenbergenses Mens. Jun. d. a. per se-
quentem sententiam absolvebant, Dieweil obgedachter
Heinrich Lezsch den ihm zuerkannten Reinigungs-Eyd würk-
lich abgeschworen/ so hat es dabey sein bewenden / und ist
nunmehr wider ihn weiter nichts vorzunehmen; derselbe
auch mit Erstattung derer zuerkannte Unkosten billig zu ver-
schonen / und hingegen angereigte Unkosten / nebst denen
fol. 58. anderweit liquidirten Expensen / so auf 6. Rthlr.
6. Gr. zu mässigen / ingleichen jetzigen und vorigen Urtheil
Geld und Bothen-Lohn gestallten Sachen nach/ Getichts-
wegen zu übertragen. V. R. W. vide pluribus
Berger. El. Jur. Prud. Crim. Membr. 2. p. 202. seq.
& obs. 167. & 68. ad eundem locum p. 449. seq. Wernher.
Sel. obser. P. 1. obs. 97. Postea autem hoc mutatum &c
in Sax. El. constitutum est, ut inquisitus praestito pur-
gatorio, nullo casuum discrimine servato, expensas re-
fundere debeat. Et hoc vigore mandati Regii de an-
no

no 1717. ad Collegia Saxonica Elect. emissi hunc in modum : Wir sind erinnert / daß zeither / wenn man bey vor kommenden inquisitionibus und andern Verbrechen / auf das Juramentum purgatorium erkennet / wegen Erstattung derer Unkosten nicht gleichförmig gesprochen / sondern die Delinquenten zum öfftern davon absolviret worden. Wenn wir aber hierbey daß gleichwohl die Tortura spiritalis oder das Juramentum purgatorium niemanden / als wer durch hierzu hinlängliche indicia graviret ist / zu erkennen werde / in Consideration gezogen / und daß dies falsch Aenderung getroffen / der bisherige dislensus bey einigen unsren Judiciorum aufgehoben / und hingegen eine durchgängige Gleichförmigkeit in Sprechen beobachtet werde / der Nachdurft befinden ; als ergehet an euch hiermit unser gnädigstes Begehrhen / ihr wollet euch hiernach gehorsamst achten / und bey dergleichen in Zukunft sich ereignenden Fällen / wenn auf das Purgatorium erkennet wird / ob auch schon die Delinquenten nach dessen Abschwörung von der Straffe absolviret würden / dennoch auf Ersetzung der Unkosten / in Abfassung der Urtheile oder Decreten jederzeit zugleich mit zusprechen. Sed extra Electoratum à Collegio Wittebergensi adhuc ita judicatur, sic novissime Mens. Sept. 1720. in causa L. W. mihi contigit per verba sententia : Immassen auch / weil L. W. den zuerkannten Reinigungs-Eyd würcklich abgeschworen / er mit den Unkosten / außer denen so auf seine Defension gegangen / zu verschonen. V. R. W.

Rat. decid.

Alldewil Inquisit den ihm zuerkannten Reinigungs-Eyd / wegen des ihm beygemessenen Verbrechen / schlechterdings ab-

C 2

gele.

geleget ; hiernecht kein factum illicitum, dessen er gesändig / oder überführt/ wodurch er zu der angestellten Inquisition Anlaß gegeben/ übrig bleibt/ und in der gleichen Fall der Inquisit nicht nur in causa principali , sondern auch quoad expensas zu absolviren/

vid. Brunnem. *Proc. inqu. c. 9.* §. 2. & 6.

Dn. Wernher. *Sel. obs. for. p. 1.* obs. 197.

So ist gesprochener massen billig erkannt / & hic pronunciandi modus maxime juri & rationi respondere videtur , in quorum sententiam

Carpz. *part. i. c. 22 d. 17.* & *Pr. Crim. quæst. 16.*

n. 77. Petrus Heigius *p. 1 qu. 40.* *n. 38. seqq.*

Berlichius *p. 1. concl. 52. num. 1.* Andr. Gail.

L. 2. de Pac. publ. c. 7. n. 12 Lauterbach. compend.

Juris ad Tit. de Jurejur. Struv. S. J. C.

Exerc. 17. th. 46. Vallens. ad Tit. decret. de Purg.

canon. in fin.

eunt, nam si inquisitus suspicioni non dedit causam, do-lo aut culpâ, Berger *Resol. Lauterb. p. 189.* merito ab im-pensis immunis manet , & redundant impensæ ad judicem , quod non ægre ferre potest, quia regulariter expensæ criminales referuntur ad onera jurisdictionalia ; qui igitur fructus jurisdictionis deportat, ille et iam onera in se suscipere debet ob mutuum illorum respectum,

CAP. VIII.

Inquisitus, qui ex meris minusque fundatis suspicionibus vel remotioribus saltem indi-

indiciis inquisitioni fuerit subjectus, ab eaque postea vel pro avertenda, vel Principali defensione absolvatur, præter eas expensas, quas occasione defensionis suscepτæ causatus est,
præstat nullas.

SÆpe ab avaris, iniquum expensarum lucrum inde quærentibus, Actuariis fieri solet, quo illi quavis data occasione ad formationem procellus inquisitorii accelerent, & vel ex simplici denunciatione, inculpatione correi, rumore famaque, aut aliis remotis indiciis inquisitionem instituant, & tantum efficiunt, ut inquisitis responsio ad articulos inquisitionales adjudicetur, deinde in exaratione articulorum singulas circumstantias non separant, nec minus ex cumulatione plurium circumstantiarum captiosos reddunt articulos, ut sic simplex, vel perplexus & consternatus Inquisitus seducatur, Brunem: *Pr. Crim. c. 8. M. 1. n. 34.* Hinc inquisiti mediantibus testibus defensionalibus contrarium deducere, lucem judici sententionanti affundere, & mentem suam, magno sumtuum dispendio explicare innocentiamque suam nova defensione deducere teneantur. Quum itaque ex nuda correi inculpatione, nisi illa aliis fundatis vestita est indiciis, consequenter ex tali nominatione sociorum, nulla sequi posit inquisiti condemnatio. Crus. *de indic. part. 1. c. IV. n. 3. p. 66.* Marsil. *con. 12. & con. 16.* Menoch. *A. J. Q. lib. 2. cent. 5. cas. 474.* Mascard. *de prob. vol. 3. conclus. 1311.* neque interest, simplex an jurata, & morte

confirmata sit inculpatio Berger. *Oecon. Jur.* p. 1198. &
in *Resp.* l. 2. R. 37. & 179 aliter fieri nequit, quam ut
quoque nomine expensarum liberatio sequatur; pro-
ut in causa Christoph Rockstrohs/ quem mulier, non ad-
modum bona notæ, adulterii commissi inculpabat,
à Dn. Scabinis Lipsiensibus Mens. Jul. 1720. pronuncia-
tum fuisse, memini, verbis: Daß wieder Christoph Rock-
strohn in erlangung gnugamen Verdachts/ weiter nichts
vorzunehmen / er auch von Unkosten ein mehrvers/ als was
auf seine Defension gegangen/ zu entrichten nicht schuldig.

Rationes decidendi.

Dieweil wegen des angerügten Ehebruchs wieder Christoph Rockstrohn kein ander Indicium als der angegebenen complicis delicti inculpation, vorhanden/ so ist von uns gesprochener massen billig erkannt; Et ita novissime Mens. Aprilis, c. a. in causa Hanns Kahndens & Georg Wöll-
ners/ sancta responsione ad articulos inquisitionales, a Dn. Jenensis illis adjudicatis, Dui Wittebergenes inquisitos simul & à sumtibus processus, me defendente, liberarunt. Alia responsa plura in medium proferre supersedeo.

Etenim non sufficit, ab aliquo delictum esse de-
nunciatum, nisi & media illud probandi suppediten-
tur, hinc secundum monitum Justi Oldekopii, *Obs.*
Crim. T. 2. obs. 19. n. 2. p. 87. personæ deferentis qualita-
tem, ingenium, mores aliasque circumstantias judex
probe perpendere debet: Et licet consuetudo in non
nullis iudiciis invaluerit, quod judices statim ab ini-
tio, quo eo facilius ad expensas pervenire possint, de-
nuntiatorem, suam denunciationem juramento con-
firma-

firmare faciant , exinde tamen nec quicquam utilitatis ad illos profluit , prout Barth. in *Hodogeta forens.* de Proc. Crim. c. 6. §. 35. ad lit. d. pluribus demonstravit simulque præjudicium adjunxit.

Sic quoque experientia , rerum magistra satis superque comprobat , etiam famam , quæ alias denunciantis vice sufficit , ut plurimum tamen eam mendacem fallacemque existere , quo innuit Virgil. hoc modo :

Hæc est mendoſa vulgata licentia famei:

Proinde Constitutio Carolina art. 25. soll solcher bösen Leumuth nicht von Feinden und leichtfertigen Leuten/ sondern von unpartheyischen / redlichen Leuten kommen se. Qua in parte judex circumspetæ acturus est, si quidem probe inquirat in causam, aliaque delicti ejusdem indicia & annexa adminicula. Meminisse verò illum cum primis oportet, non tam famam , quam famæ probationem hoc in loco spectandam esse : Quod si hæc susque deque habeantur , & judex ad denunciationem aut famam nudam inquisitorie procedat , licet suffultus indicis remotis , inquisitus sibi absolutionem etiam nomine expensarum certo certius promittere potest , imo judex hoc modo per inquisitionem procedens actione injuriarum conveniri potest ; quia ex privato rancore animoque injuriandi inquisitionem instituere censetur , vid. l. 32. ff. de injur. ibique Brunnem. & Werner. obs. sel. for. obs. 50. part. 1. p. 64. & part. 4. obs. 148. p. 374.

Hæc de nobilissima ac diffusa hac materia in has paginas transtulisse sufficient , cum plura persequi temporis

ratio non permittit, & mei instituti tantum fuit, positiones quasdam, quæ mihi in Praxi obviam venerunt, publice ventilandas proponere; quod si minus recte posita Benevolus Lector deprehenderit, confido, me facile veniam impetraturum; Errorem enim agnoscere, uti me nunquam puduit, ita doceri neutiquam pigebit.

F I N I S.





T liberas inquisitos à
sumtibus, ecce!
Mira Tui ingenii pagi-
na docta docet:
Sic juvat excelsum Pindi conscende-
re Montem,
Læta coronarum millia multa me-
tes.

Quod ex animo vovet Disputationis
Autori

PRÆSES.

—

D

Plus

* * *



Lus ultra: Sic sentit semper
sedulus omnis
Nec ipsum vincit grande la-
boris onus;
Efficit hoc virtus etiam post
fata superstes,

Cui, ceu dicimus, est invia nulla via.
Nec superest dubium, quin experientia mon-
strat

Ac exempla satis, quæ modo dicta, probant:
Præsto sit solus miles, qui strenuus armis
Nullas ærumnas, nulla pericla timet.
Provide Gerstenberg / generoso stemmate
nate,

Tu sicut Miles, ceu Leo & Anthemius
Testantur, dirimis causas, eventaque litis
Respicis ut Judex, utque Patronus acris.
Nunc Parnassei Tu celsa cacumina Mon-
tis
Scandes & meritis digna Brabea feres.

Gratu-

Gratulor, i tantæ dignissimus incola terra,
Vade bonis avibus, non periturus honos!

Hisce

Nobilissimo pariter ac Consultissimo Disputationis
Autori gratulationis ergo applaudere, simul
que devinclum suum, erga Doctissimum
Dominum Doctorandum, animum demon-
strarare voluit

ADAMUS CHRISTOPHORUS
HOFFMANN, J. U. D.
& Advoc. Erfurt.



Och Edler/

nim dis Blat von deinen Freun-
den an/
Die schon von Jugend an mit dir sind ausge-
wachsen/

D 2

Das

Daß also unser Band schon längst in Himmels
Achsen
Vergnügt verknüpft ist; wir haben das gethan/
Was uns die Freundschafts-Pflicht vorieho
anbefohlen/
Die Pforte hat vor erst die hellen Freund-
schafts-Kohlen
In angenehmer Gluth mit Freuden angeflamm't/
Der schöne Knaben-Berg / und was dort ins-
gesammt
Zur ganz unschuldgen Lust uns wurde ausser-
loren/
Das hat das Freundschafts-Band so schöne
uns gehöhren.

Und Jena legete den Grund der Redlichkeit/
Da wir auch einige Jahr den Musen obgelegen/
Ja Halle muste uns darauf vergnüget hegen
Zwey Jahre gingen hin / und endlich kam die
Zeit/
Daß wir so Jen' als Hall' / obschon mit Gram/
quittirten
Und unsrer Augen Lust zu einem Hofe führten/
Der uns dort in Berlin in auserlesner Pracht

Die

Die Welt und ihre Lust gar kurz bekannt gemacht/
Jedoch weil unser Thun nach Brod und Arbeit
giengen/
So giengen wir da weg / und lachten dieser
Dinge.

Die Zeiten kamen ran / der Pflug der stund
parat/
Woran wir unsre Hand numehro legen sollten
Und ob wir gleich damahls beyammen bleiben
wollten/
So giengst du doch den Weg der dich gerufen
hat/
Die Praxis stund dir an / dein ausgeweckt Ge-
mütthe
Das wurde bald regiert durch Gottes reiche
Güthe/
Und Plauen must es seyn / da du den Grund
gelegt
Bis nachgehnds deine Brust das Schicksal
hat bewegt/
Dass du in Ronneburg die Bude aufgeschlagen
Und da so schönes Geld in kurzen weg getragen.

Die Praxis will dir wohl/ drum bleib dabei
beglückt/
Und hülft den Armen fort/ die man will unter-
drücken/
Gott lasse sie durch dich recht Freuden voll er-
quickten/
Bis sich der Neider Gifft in seiner Gall erstickt.
Du lachst/ wann andre dich nach ihren Gout
taxiren
Und bleibst ganz unbewegt/ wenn andre sich
moviren/
Dein ganz gelassner Geist der bleibt immer fest/
Ob gleich ein böser Schwall dich nicht mit frie-
den lässt/
Und lässt sie so lang in ihren Gifften lauffen/
Bis Neid und Mißgunst selbst in eigner Brüh
ersaußen.

Hoch Edler/ fahre fort/ es wird so Ehr als
Ruhm
Hinführro deine Brust bis in das Grab begleiten/
Astrea lässt dir schon den Purpur zubereiten/
Der angenehme Schmuck/ der bleibt dein Ei-
genthum.

Und

Und freylich wirst du recht / nach abgelegten
Proben
In angenehmster Pracht zur Doctor-Würd'
erhoben.
Du hast schon längst verdient / und wir sind
recht erfreut/
Dass du Troz allen Gifft und jenen blassen Neid
Dich endlich noch darzu gefasset resolviret/
Darzu auch unsre Brust von Herzen gra-
tuliret.

Mit diesen sollten ihre ergebenste Gratula-
tion abstattan

Einige alte Schul- und Universitäts-
Freunde.



mitzuhören. Und wenn ich Ihnen erlaubt dass
nachher
etwas geschieht mit Ihnen das kann ja gewiss nicht
nachher
dass Sie dann wieder nachher noch soviel weißt wie
dass du jetzt weißt und das ist ja sehr ungewöhnlich
dass Sie dann wieder nachher noch soviel weißt wie
dass du jetzt weißt und das ist ja sehr ungewöhnlich

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-142162191-17



ERFuer, Diss., 1721/22

ULB Halle
001 585 339

3



5b

VD18



B / G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



1721, 10
AD JUSTUM EST
ATIONEM INQVISITI
PROCESSUS, PRÆSERTIM
RO SAXONICO,

QVAM
UXILIANTE GRATIA,
EXISTENTE
NIVERSITATIS RECTORE,

IMO ET PERILLUSTRI DOMINO

OACHIMO HAHN,

Principis Electoris Moguntini per Thuringiam, Has-
Vicario Generali, ejusdemque Archi-Episcopalis Curiae
& Juris Utriusque Doctore, Protonotario Apostolico
um Collegiarum ad Gradus B. M. V. & ad S. Joannem
holastico, Canonico Capitulari, & reliq.

ORITATE AMPLISSIMI JCOTORUM
ORDINIS

ACADEMIA ERFURTENSI, XXXIX
PRÆSIDE

HENRICO Meier/

JCTO.

NSILIARIO, DECRETAL. PROF. PUBL. FACULT.
RSITAT. SENIORE ET JUDICI PROVINCIALIS
SORE PRIMARIO &c.

TROQUE JURE HONORIBUS AC
ET LEGITIME CAPESSENDIS,

DITORUM DISQVISITIONI

MBR. ANNO MDCCXL

O, COLLEG. MAJOR. HORIS CONSV.

SUBMITTIT

TIANUS Gerstenberg/

Ips. Jur. Sax.

GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

